



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.32. Gregorius X Lugduni Gallorum agit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

ne affectos ad pacem Græcos reliquerint. Sæcul. XIII.  
 Exponit, quantum hæc conduceret ad bellum contra ethnicos, oratque, ut Papa tutum Legatis iter præstet, quos se ad concilium protinus missurum spondet. A.C. 1273.

Papa in responso suo diffidentiam monstrat aliquam ita scribens: Graecos re- Conc. p. 354. conciliationem per sermones callidos & Rayn. n. 50. subdolos in aliud aliudque tempus protrudere complures viri spectabiles affir- mant: ideoque nobis sæpe dissuaserunt, ne Nuncios ad te mitteremus: id quod scribimus te tanto magis stimulandi gra- tia, ut hanc rem sincere ac efficaciter aggrediaris, & comprimas ora sic loquen- tium, qui diuturnam nostrorum Nuncio- rum absentiam observant afferuntque hu- jusmodi dilationes sæpe affectatas fuisse ob spem subitæ occasionis abrumpendi negotium. Dabat Lugduni 23 Nov. an. 1273. Eodem tempore Philippum, qui Imperatoris Constantinopolitani titulum gerebat, & Carolum Siciliæ Regem per litteras rogabat, ut Palæologi Legatis securitatem plenam concederent.

§. XXXII.

*Gregorius X. Lugduni Gallorum agit.*

Haud diu erat, quod Papa Gregorius Lugduni moraretur. Florentia in

Qq 3 Lom-

**Sæcul. XIII.** Lombardiam profectus die Martis 3 Oct.  
A.C. 1273. Placentiam attigerat cum Ottone Pro-

Comite Archiepiscopo Mediolanensi, qui

**Sup. §. 23.** per Turrianorum factionem continenter

**Corio. 2. par.** exul cum Papa cognato suo se redditum

**p. 3. 7.** **Sup. lib. 82.** in patriam sperabat. At compertis Tur-

**§. 12. 44.** rianorum ac Mediolanensis populi jam

arma capientis comminationibus, ne si-  
bi vis inferretur, metuens, Ticinum so-

recepit. Die Veneris 6 Oct. Papa Lau-

dem advenit, ac die Dominica, ejusdem

mensis octava Mediolani eum Turriani

quanto poterant, honore excipiebat.

Sed hac factione familiæ suæ contraria

offensus, cum intraret urbem, non se

spectandum dabat, in carpento tecto le-

dens, ac solummodo per ejus claustrum

benedicens populo. Comitabantur eum

**Vading.** Cardinales quidam, inter alios S. Bona-

1273. n. 13. ventura, quem ad hanc dignitatem eo

**Ibid. n. 13.** ipso anno hebdomade Pentecostes eve-

xerat.

In eorum numero erat etiam Pro-

(\*)Vicedom, Dominus (\*) Papæ nepos ejusdem Or-

**Sur. §. 13.** dinis Minorum ex Archiepiscopo Aquen-

**Ughel to. 1.** si Cardinalis Episcopus Prænestinus, pro

**P. 242.** quo Papa Aquis Sextiis Grimerium per

litteras 4 Sept. an. 1272, datas substi-

tuit.

**Carie. p. 308.** Mediolani Gregorius triduo tantum

substitut, nullam impertiens indulgen-

tiam, & vix quenquam incolarum ad

con-

conspectum admittens. Die mercurii Sæcul. XIII.  
noctu eques inde abiit solo suorum comi-<sup>A.C. 1273.</sup>  
tatu cinctus. Propter offendam ex Ar-  
chiepiscopi Ottonis exilio acceptam sic  
egisse ferebatur. Lugdunum delatus ex *Rayn. 1273.*  
itineris defatigatione æger decubuit, ita <sup>n. 40.</sup>  
ut die dedicatæ S. Petri Basilicæ Ro-  
manæ 18 Novembris solenni sacrificio in-  
tereſſe nequiret.

Archiepiscopus Lugdunensis tunc erat <sup>Sup. lib. 82.</sup>  
Petrus Tarantinus Ord. Præd. Philip- <sup>§. 22.</sup>  
pus Sabaudus, cui Papa Innocentius IV.  
an. 1245. hanc celsam sedem destinave- *Gall. Chr.*  
rat, ejus reditus tribus & viginti annis <sup>to. I. p. 32.4.</sup>  
possedit, sed solummodo tanquam Præ-  
fus electus: nunquam enim sacros fusce-  
pit Ordines, & militarem magis quam  
ecclesiasticam ducebat vitam. Denique  
suo fratre Petro Sabaudiæ Comite, post-  
quam ipsum instituerat hæredem suum,  
mortuo, Archiepiscopatum Lugdunen-  
sem, Episcopatum Valentinum, cætera-  
que beneficia sua anno 1268 abdicans  
uxorem duxit Alicem Ottonis Burgun-  
diæ Comitis filiam. Igitur ejus loco Pa-  
pa Gregorius X. Ecclesiæ Lugdunensi *Rayn. 1272.*  
Fratrem Petrum Tarantinum, non ta-  
men ante annum 1272. præfecit. Erat  
celeber inter suos Doctor, Parisiis S.Tho-  
mæ successerat, & tunc Magistrum Or-  
dinis sui Generalem agebat. Antequam *Spicil. to. 2.*  
consecraretur, pro bonis cis Ararim sitis <sup>p. 250.</sup>

Q q 4

2 Dec.

Sæcul.XIII. 2 Dec. an. 1272. in clientelam Philippi  
A. C. 1273. Regis se contulit.

## §. XXXIII.

*Guidonis Monfortii pœnitentia.*

**Sap. §. 18.** **C**um Eduardus Angliæ Rex ob Henricum Germanicum cognatum suum a Guidone Monfortio peremptum iustitiam a summo Pontifice postulasset, Gregorius illi, quid hac in re factum esset,

**Raym. 1273.** significavit hunc in modum. Cum Florentiam venissimus, Guido Monfortius

**¶. 41.** per conjugem suam, compluresque personas alias ad nos missas impensissime flagitabat, ut sibi nostros subire oculos liceret ad præstandam nobis obedientiam parato. Sed spatium nobis sumendum duximus, ut sinceritatem pœnitentia exploraremus. Florentia egressis se nobis circiter bis mille passus ab urbe obtulit in subucula, pedibus omnino nudis, cum laqueo circa collum prostratus humili & lacrymis totus diffluens. Dum plures e comitatu nostro ad hoc spectaculum subsistebant, Monfortius exclamabat, se mandata nostra sine ulla exceptione accipere, ardenterque cupere in custodiam dari quocunque nobis placaret loco, dummodo absolveretur. Non tamen eum tunc audivimus: nullum dedimus responsum: e contrario comites ejus